

de re iudicata, cap. cum sit Romana 5. de appellationibus, lib. 6. cap. licet 14. de sententia excommunicata. cum similibus in nostro autem casu antelectionem penitus deficit, qui cogere possit.

Quare in hoc primo remedio illa erit assignanda conclusio, vt mortuo Delegato, seu literarum executor (sive etiam longius a Regno absente de quo statim) Decretum violentie, que oritur & reponga, cuilibet ex pluribus superstitibus Iudicibus in commissione Apostolica nominatis intimari licite potest, sive intimatio hoc fiat per imperantem, sive per alterum colligantem, sive vnus tantum Iudex superstitis, sive plures, ita vt ille, cui fuerit Regium Decretum intimatum, omnino parere debeat, & complere deferendo, & reponendo possessionem, ceteraque alia attentata omnia, vt inde Regium Decretum retentionis litterarum Apostolicarum liberè suam consequatur eff. tam.

Quod si ipse Iudex obtemperare recuset, eo quod iam maliciosè, aut ex alterius colligantis nimia diligentia id facere præsumatur: secunda iusto expedienda erit in Senatu, & aliis vt remediis, quousque decretum Regium violentie compleatur; ex iis, quæ abundè comprobata reliquimus à n. 8. cum segg. Sed qua forma hoc Decretum violentie erit decernendum in Senatu, mox dicemus.

Quæ resolutio, atque remedium non solum procedit, quando executor, qui præoccupauit iurisdictionem, & cognitionem, mortuus est: sed etiam quando absens est notabili distantia, seu longinqua, puta extra Regnum, quia tunc quilibet ex aliis executoribus in commissione nominatis potest assumere negotium in eodem statu, & illud libere proficui. Sic probat text. in dist. cum plures 8. de officio Delegati, lib. 6. ibi: Nisi infirmitate vel alia iusta causa illam contingeret impediri, & c. text. in dist. c. si quis, 20. eodem tit. & lib. per quæ iura, & per Regulam c. 2. ibi: In longum peregrinari, in fin. de procuratoribus, lib. 6. & l. licet 15. in fin. ff. de arbitris. Vnanimiter conueniunt Doctores omnes: absentiam Iudicis sufficientem esse, vt impedimentum, non solum ad eum excusandum à manere iudicandi, ex regula l. penultimam ff. de vacatio iuuerum, sed etiam ad iurisdictionem in alium transferendam, Philipp. Franch. & Ancarani in dist. cap. si is, cui n. 2. & Dominicus n. 4. & ibid. August. Barbof. in collect. n. 7. & ex aliis citatis à Petr. Barbof. in l. si longius, n. 1. & 4. ff. de iudiciis, eleganter tradit Federicus de Senis cons. 250. n. 2. sequitur Cardin. Tuschus liter. A. conclus. 33. num. 10.

Et hoc remedio occurret difficultati, qui per nos alias latè consideratè circa Iudicem, qui post grauamen illatum abiit, ita vt Decretum Regium violentie postea obtentum eidem intimari non possit, de qua in tract. de Regia protecl. 1. p. cap. 3. à n. 24. cum multis segg. vt scilicet queratur vnus ex superstitibus, cui decretum intimetur.

Sed quomodo iis in casibus superscriptis Senatus Decretum, qui concipiendum sit, libenter adnectam in quo arbitror, vel simpliciter dicendo: El juez que desta causa conoce haze fuerca en no otorgar la apelacion, &c. La qual alcando, dixeron la otorgue y reponga lo hecho, &c. Quod quidem est loquatur cum Iudice defuncto, & antecessore; tamen intimatum successori omnino adimplere tenetur eodem modo, quo antecessor,

sic per plurima iura, & validissima fundamenta disputando pro vtraque parte resolutum in tract. de Regia protecl. 1. p. d. c. 3. à n. 5. cum multis segg.

Vel aliter etiam concipi potest magis specificè. El juez executor que desta causa conoce (o conocio) haze fuerca, & la qual alcando dixeron, que vno de los demas executores nombrados en las letras Apostolicas, à quien exite decreto (ò à la prouision del) fuere intimado y requerido, la otorgue y reponga lo hecho, &c. Quoniam ex hoc decreto nihil innouatur, sed explicitè declaratur id, quod tacitè subintelligitur, & insertè à iure, nempe, vt successor in iurisdictione, & cognitione litis cæptæ teneatur adimplere, & exequi iustiones directas suo prædecessori, iuxta proximè dicta. Verum est etià de iure, vnus ex superstitibus delegatis, aut executoribus posse liberè continuare, & prosequi litem cæptam ab altero iam defuncto, aut legitime impedito quia omnibus insolidum iurisdictione, & cognitio competit. Et cum articulus violentie ad terminos tam strictos perueniat, vt get necessitas, vt in aliquo varietur modus decreti, quia in necessitatibus ex modum, & ordine manuum occurrit vt Princeps, iuxta singula. larem text. in l. 1. ex hoc rescripto, vers. Extraordinem, ibi: Extraordinem Princeps in causis necessitatibus subuenit, ff. de venire inspicendo, quem ponderauimus in tract. de Regia protecl. 1. p. c. 2. n. 78.

Et speciale est, quod in necessitatibus, qui incertitudo admittitur, & non viciet, provt latè comprobatur Hippolitus de Marfiliis in rubrica, C. de probationibus, num. 429. versic. Fateor tamen, Cardin. Tuschus liter. I. concl. 65. n. 38.

Nec illa Decreti generalitas respiciens Iudices executores nominatos, & superflites considerabilis est, nec aliquam incertitudinem arguit, cum facillimè per electionem, & voluntatem partis cuiuslibet (cui de iure hanc Iudicis electionem competit ex superscriptis) intimantis Regium Decretum, statim ad rotealem, & specificam certitudinem reducatur, ad text. in l. quidam delegatus, & c. ita subiicit: Si quis ex heredibus, caterisque amicis, quorum hoc testamento mentionem habui, sine quibus alius restitutionem mihi impetrauerit ab Imperatore, & antecessore, quam ei gratias agerem, volo dari ei, qui idegerit à cateris heredibus auctoris, & vnus ex eis, quos heredes scripserat impetrauerit restitutionem, & anteaquam id sciret decessit, cum de se de commissione quereretur, an deberetur. Consulutus Iulianus respondit, deberi, & c. ff. de rebus dubiis, l. si quis, fin. l. si quis ita scripserit illis qui testamentum meum signauerint, heres meus decem dato. Trebatius vtile legatum esse putat, quod Pomponius verius esse existimat, quia ipsam testamentum firmatur testibus adhibitis, ff. de rebus dubiis, l. quidam sent in quibus res dubia est, sed ea post factum retro ducitur, & apparet quid actum est, & c. Et ibi: Pique erit ex eueniu dicendum, ff. eodem, l. vter ex fratribus, ff. de conditionibus instit. l. 2. §. si quis ita, ff. de bonorum possess. secun. tabul. l. si feruus legatus, §. huiusmodi, ff. de legat. 1. l. sed Iulianus, §. quamquam, ibi: Sed ab initio, ff. ad Macedonianum, l. 4. de manumiss. vnic. l. cum pater, ff. de negociis gestis, l. qui res, ff. de solutionibus.

Ex quibus, & aliis iuribus deducitur, quod incertitudo, quæ aliquo modo, vel fitu euenit, vel per aliquid declarationem, vel factum certa redditur, sustinetur, & in qualibet dispositione admittitur,

admittitur, Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 8. tit. 4. num. 17. & 18. per l. cum quidam, l. vnus ex familia. de legat. 2. l. quem heredi, ff. de rebus dubiis, & alia iura, & plures Doctores latè per Tuschum liter. I. conclus. 65. num. 2. 3. 1. & 32. & num. 51. & conclus. 66. n. 1. 2. 6. num. 20. cum segg. Antonius Gomez in lib. 2. variarum, cap. 11. sub n. 8. vers. Septima conclus.

Hinc emptio per personam, qui nominanda per emptorem sustinetur, & sequuta nominatio personæ retrahitur ad principium contrahens, ac si tunc emisset; latè Surdus de off. 325. à num. 1. & de off. 226. num. 22. & de off. 325. n. 13. & de off. 226. num. 1. & num. 5. Gratian. disputation. forens. cap. 686. à num. 1. cum sequentibus, tom. 4. & disputation. 132. num. 32. Facinac. in positum tom. 1. de off. 51. per totam, Alexander Ludouic. de off. 157. vbi Oliuerius Beltramin. in annotationibus, à num. 24. & de off. 227. per totam.

Hinc commissio contra vnus nominatum cum, qui clausula generali, & incerta (& omnes alios sua interesse putantes) sustinetur, & verificatur per specialem nominationem ante citationem faciendam per imperantem, de qua Nos inferius 2. part. 12. num. 5. cum sequentibus. Et generalitas, atque incertitudo sententiæ, seu Decreti, quod in executione certificari potest, rectè admittitur, Scaccia de sententia & re iudicata, gloss. 14. quæst. 1. §. à num. 23. & sequentibus, & fultus Nos in tractatu de Regia protecl. 4. part. 4. cap. 10. per totum.

Adhuc etiam & conditio extrinseca sententiæ non tangens, nec respiciens, qui substantiam rei principalis, nec definitionem eius suspendens admittitur, abundè differt, & resoluit Scaccia, vbi proximè, quæst. 14. per totam. Provt in formalitate huiusmodi Decreti, de quo num. 40. contingit, etiam in eo sine conditione, nec suspensione aliqua articulus violentie diffinitur; cetera autem iurisdiccionem decet respiciunt executionem eius de proximo verificanda, & ad certitudinem facillè redigenda, facta per vnus ex colligantibus intimatione cuilibet ex Iudicibus executoribus nominatis in litteris Apostolicis, cum omnes iurisdictionem habere insolidum, mortuo, vel impedito primo, qui negotium cepit, probauimus superius à n. 5. & segg.

Quod si Senatus in eodem Decreto violentie nolit exprimere, qui intimationem faciendam successor, & superstiti eligendo: poterit seorsum aliud decernere id continens, ad tollendam omnem dubitandi occasionem, & ad maiorem claritatem, provt decerneret Senatus ipse casu, quo tempore Decreti violentie decernendi notitiam non haberet mortis, aut longear absentie Iudicis executoris iam inferentis.

Et tandem illud animaduertendum, quod si Senatus specificet, qui in Decreto violentie intimationem vni ex superstitibus executoribus faciendam, siue non exprimat: semper tacitè subintelligitur, vt successor possit intimari, & ipsum teneri deferre, & adimplere, cum iste superstitis, cui intimatur, & eligitur, seu prouenit à quolibet ex colligantibus; verè sit Iudex, & successor in causa capta, iuxta ea, quæ diximus à principio huius §. præsertim à n. 4.

Sed maior erit difficultas circa modum prædicandi nostram hanc, qui resolutionem, & remedium, cum inter se pugnare hæc duo videantur;

etenim si iam retentionis litterarum Apostolicarum latum est in Senatu Decretum (cuius cogitationem, vt articulum præiudicalem semper præcedere debere suspensio articulo violentie simul concurrente, firmamuis infra hac 1. p. cap. 11. per totum) & eiusdem Decreti virtute litteræ Apostolicæ, & omnia acta inde per executores gesta retenta manent in Senatu, quomodo igitur superstes eligi poterit, vt repositionem exequatur, cum ad exercitium iurisdictionis certus esse debeat, qui de sua commissio- ne, non aliter, quam per litterarum originalium exhibitionem, ostensionem, & presentationem sibi factam, provt hoc eodem cap. 10. n. 88. & infra 2. p. cap. 19. à n. 23. cum sequentibus. Ita vt transumptum, qui litterarum ad hoc non sufficiat, provt in 2. p. c. 26. à n. 67. cum segg. scilicetimus. Pungit etiam quod consulumus super hoc c. 20. n. 143. Iudicem ad repositionem faciendam virtute decreti violentie, de otorgar, y reponer; regulariter actis, & processu non indigere, sed manere in Senatu ob Decretum retentionis litterarum iam latum.

Sed hanc repugnantiam ita componendam arbitror, vt omnino processus, qui litteræ Apostolicæ mittantur executori superstiti eligendo; omni tamen cautela, & securitate præuenta, vt facta intimatione, & ostensione litterarum securè redeant ad Senatum cum processu, vbi tentæ coasservandæ sunt, donec supremas Ecclesiæ pastor consulit supplicatione mediante, & quid senserit discernat; cum hæc litterarum remissio sit penitus inexcusable ad acceptationem commissionis, vt diximus, ex qua tot vititates proueniunt, & tor pericula euitantur, provt est repositio possessionis, & attentatorum, absque qua inanis est litterarum retentio, provt latius considerauimus sup. hoc cap. 10. per totum, & signanter à num. 90. cum segg.

Et respectu retentionis ipsarum litterarum decretum per Senatum, qui parum ex hac breuitate missione inconueniens insurgit, nec officii, cum cautè, & sub omni securitate Tabellioni tradi possunt ad intimationem Iudicis superstiti tradendam, qui earumdem rationem semper reddere tenetur, maximè videns in processu Decretum Regium, quo casdem præfatas litteras retineri mandat per Senatum. Quare post factam intimationem executori superstiti, & per istam repositionem breui tempore redeundæ sunt litteræ ipsæ cum toto processu in Senatu, quod fieri potest arbitror, vel virtute eiusdem Regiæ prouisionis ordinariæ primitus expeditæ, & eiusdem diligentis & cõpulsionibus adhibitis, vel simul (vt tutius arbitror) ad petitionem partis (obtinentis in Senatu Decretum violentie, & pariter retentionis) aliud detur decretum continens remissionem processus, & litterarum, vt executori intimetur, ita vt facta repositione ad Senatum protinus redeant, & per ipsum Tabellionem causæ, vel per Iudicem statim, & sine dilatione iterum mittantur in Senatum.

Ac denique nihil nouiter harum litterarum virtute per imperantem fieri potest, quod non subiciatur, & affectum sit Regio retentionis Decreto, vt inferius à num. 72. Quapropter si appenderentur in statuta inconueniens ortum ex remissione remissionis litterarum, & inconueniens oriundum ex negata remissione hæc indubiè longè hoc grauius, & intolerabilius inuenire

inuenitur, & ab illo tantum distare, quantum damnium temporale à perpetuo: itaque inter hæc duo inconuenientia, de quibus à num. 52. minus semper eligendum, pro ut litterarum 59 ¶ & processum remissio ad superstitem executorum, iuxta cap. duo 13. cap. iuravit, cap. non solum 23. quæst. 3. l. quoties de regul. iur. & illud Ciceronis ad Quintum Fratrem: In duobus malis fugiendum maius, leuius est eligendum, & Octauio: E duobus autem malis, cum maius fugiendum sit, leuius est eligendum; quod altius iustificatur, & comprobatur inferius in 2. remedio à num. 65. & seqq. & hæcenus de primo.

Secundum litterarum medium (quo euitari potest damnium, & periculum ortum ex morte, vel longinqua absentia ¶ executoris litterarum Apostolicarum post possessionem traditam impetranti, & viui illam, cum deficiat, qui decretum Regium violentiæ, de otorgar, y reponer, possit exequi, & complete, cum ex eiusdem complemento, & restitutione facienda dependat omnis efficacia, & effectus decreti retentionis) vt nempe recuratur ad Ordinarium virtute noui decreti Senatus, quo causam, & litterarum cognitionem ei pertinere declarabit. Durus videretur hic sermo, acere, & acerrimum remedium, sed leniter operabitur, vt attende consideratis suppositionibus, quibus iustum & legitimum redditur, quod quantum ad effectum, & modum practicum, in multis conuenire remedio antecessenti reperies.

Litteræ igitur gratiosæ, quæ particularibus 61 Iudicibus executoribus veniunt ¶ commissæ, vt plurimum expediuntur absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi, ita vt raro, aut nunquam in eisdem legatur, nec appareat subscriptio prædicta, iuxta quæ abundè diximus infra 2. p. c. 30. cum suis §. præcipue videre est in §. 5. quo casu litteræ hæc gratiosæ per Senatum remittuntur Ordinario, cui de iure in prima instantia cognitio pertinet, iuxta tenorem cap. 10. causæ omnes, sess. 14. de reformatione, pro ut abundè diximus infra 2. p. c. fin. per tot. exceptis beneficiis referatis pro ut ibid. à n. 53. cum seqq. & in cap. 10. dicitur.

Supponitur insuper, quod ea omnia, quæ talis executor virtute litterarum ¶ non subscriptarum gessit, sint ipso iure nulla & attentata ex notorio defectu iurisdictionis, pro ut comprobatur infra 2. p. c. 6. à n. 14. cum sequent. & §. unico, & cap. fin. à num. 6. cum seqq. & à num. 19. & ceterè per totum, & cap. 26. per totum.

63 Quibus suppositis tante ¶ hæc urgente necessitate, quod nempe deficiat Iudex qui possessionem attentatæ, & nullius possessionis facere possit; Senatus licetè decernit remissionem causæ Ordinarij, non vt de ea cognoscat in totum (cum hoc impediatur decretum retentionis litterarum eorundem expeditum) sed dumtaxat vt defectum suppleat executoris demortui, vel extra Regnum absentis, & virtute huius decreti Regij, & remissionis Ordinarij ipsè (qui verè Iudex est, & iurisdictionem priuatiuam in illa causa habet) possit ante omnia etiam de facto reponere possessionem nulliter, & de facto factam ab executeore litterarum, ex abundè consideratis ac resolutis in tract. de Regia protecl.

64 I. p. cap. 3. à princip. Quo etiam ¶ loco probauimus, ad restitutionem attentatorum iurisdictione non egere ipsam Iudicem attentantem, nec eius successorem.

Quo quidem casu cessare dicendum est illam implicationem, & ¶ perplexitatem, quæ prima facie orti videbatur ex his duobus remedijs (scilicet retentionis litterarum in Senatu, & remissionis eorundem Ordinarij) simul concurrentibus, de qua infra cap. 11. sequenti hæc 1. part. cum ibidem dicta, & considerata procedat in remissione litterarum perpetua ad effectum perpetuo cognoscendi, & liberè procedendi in causa. Hæc tamen nostra remissio nec est perpetua, ¶ sed temporalis breui duratura, nec ad finem procedendi, sed potius destruendi processum perperam iam gestum, quæ non impedit, nec tollit effectum retentionis, sed paulisper suspendit, cum fiat dumtaxat ad finem reponendi possessionem attentatam, & violentam, alias impeditiuam ipsius decreti retentionis litterarum, ne inane remaneat iuxta late tradita & resoluta superius hoc cap. 10. per totum, cum ita tunc quod respositio fiat per Ordinarium, litteræ ipsæ & totus processus redeant ad Senatum eo modo, quo in remedio antecessenti diximus à n. 55. Vt illic retentæ consenserunt ¶ interim, 67 quod Summus Ecclesiæ Pastor aliud decernat, quod non est inconueniens considerabile, quia breui reuersus recessisse non videtur, l. quidquid calore 48. ff. de regulis iuris, l. perique 33. ff. de ritu nuptiar. §. paonnum, insit. de rerum diuis. Farinacius pract. crimin. tom. 1. tit. 4. q. 30. à n. 70. nec abesse dicitur statim reuertitur l. possim. §. 5. capitiuus, & l. nihil interest 26. ff. de captiuis, & possim. reuers. Hieron. Gonzalez de alternas. glof. 43. num. 5.

Et cum hæc remissio fiat, & permitatur aliquando ¶ ob instans periculum, & urgentem 68 istam necessitatem raro contingentem, & in consequentiam trahi nequeunt, quæ propter sinceritatem aliquando sunt concessa iuxta iuris Canonici regulam.

Et quia quando vnus ius ¶ posterius tanquam contractum confundit aliud secum simul concurrentens, si illud est temporale, & breui duraturum confusionem perpetuam non operatur, sed temporalem suspensionem. autum, Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glof. 7. num. 72. Surd. decis. 53. num. 25. & per totam, Carpanus ad statum Mediolan. 417. num. 462. tom. 1. Vbi de conductore ¶ rei eam emente qui retractu rei sequuto, reddit ad suam conductionem quam ante emptionem in re habebat, idem Tiraq. glof. 7. n. 61. Ant. Gomez in l. 70. Taurin. 34. Petrus Surd. decis. 51. n. 24. Carp. vbi proximè n. 461. & statuto 434. num. 113. & 114. tom. 1. Cancr. variar. resolut. lib. 3. tit. 3. de priuileg. num. 309. Casanate consil. 10. num. 171. Castillo de usufruct. cap. 74. num. 23. Couar. lib. 3. resolut. cap. 13. num. 7. Crem. singul. 58. latissimè Matienço ad l. 7. tit. 11. glof. 1. ex num. 35. vsque ad 47. lib. 5. Recopil. Vbi quoddam penes usufructuarium proprietatis emptorem remanet ¶ usufructus, sicut antea, 71 retracta proprietate à consanguineo, de quo & alijs varijs exemplarijs videndus Giurba decis. 63. per totam.

Non enim ex hæc remissione temporali impeditur effectus retentionis decretæ, sed pro illo breui tempore ¶ suspenditur ob urgentem necessitatem, nec litteræ ad hunc finem relaxatæ liberè incedunt, sed quocumque vadant semper retentionis decreto sunt affectæ, & eius vinculo, & compedibus ligatæ, ad text. in l. si sextante, §. Latinus, ff. de exceptio. rei iud. & l. debitor, ff. ad

73 ad Trebell. Vbi pignus in re & hypotheca ¶ non perditur ex eo, quod creditor dominus fiat reuocabilit, non perpetuo, Fab. Anna cons. 35. num. 1. 3. & 4. & in cons. 90. num. 2. Castillo conuenerf. lib. 4. cap. 59. num. 55.

Et quia quando duæ obligationes fiunt pro eodem debito ad executionem, ¶ complementum, & maiorem firmitatem primæ, pignora, hypothece, & fideiussores à nexibus obligationis non liberantur, quoniam primus contractus nec nouatur, nec eo animo fit, ad late tradita per Anton. Amat. variar. resolut. §. 6. à n. 16. & seqq.

75 Secus si secundus contractus fieret ¶ animo nouandi, & à priori recedendi, abundè Amatus ibid. & Castillo vbi proximè n. 48. quæ nouatio nec animus recedendi à decreto retentionis induci potest ex remissione earum litterarum ad Ordinarium facta ad repositionem, effectum, complementum, & corroborationem decreti retentionis eorundem, & vt faciliorem exitum assequatur.

Et insuper quoniam inter hæc duo remedia retentionis litterarum, ¶ & eorundem remissionem Ordinarij ad hunc finem reponendi possessionem attentatam dumtaxat permissam, nulla confusio, nec repugnantia reperitur, nisi solum in cortice & sonitu verborum, & in abstracto, non in substantia, & concreto. Etenim attentio sine & effectum vtrumque conuenit, & compatiatur; remissionis quippe litterarum remedium ad eundem finem ordinarij & desinat, quo & ipsum retentionis decretum, & ad huius utilitatem, effectum, executionem, & complementum efficaciter consequendum dirigitur, quod certe aliter non consequeretur, sed inane, & inutile foret, obstante impedimento traditæ iam possessionis, & peractæ litterarum executionis, quam ex precedenti repositione per Iudicem Ecclesiasticum (non per Senatum) omnino faciendam, sicuti latius explicatur, & resolutur sup. in hoc cap. 10. per totum.

Et quia retentio fit, ne procedatur ad litterarum executionem hæc remissio ad iam perperam factam ¶ reponendam, & destruendam processum in causa violentè gestum similiter destruitur, quippe licet media sint diuersa, finis tamen vnus est, & ad idem vtrumque tendit.

77 Quo casu etiam contraria remedia, ad idem cooperandum, ¶ cumulari possunt, & compatiuntur, vt in similibus terminis diximus infra cap. 11. num. 24. & à num. 19. quoniam contrarietas in abstracto, & in imaginatione, & non in concreto non consideratur, nec attenditur.

79 ¶ Sigismund. Scaccia in tractatu de conuertijs, §. 6. glof. 1. num. 77. Igitur hæc media alias licita & iuridica permittere debet Senatus, ne sua decreta retentionis litterarum inania, & inutilia remaneant.

Sed circa hoc retentionis litterarum remedijs 80 noua insurgit difficultas, ¶ nam ito quod Ordinarij, cui fit eorundem remissio, teneatur omnino reponere executionem & possessionem traditam ab executeore mortuo, vel extra Regnum absente; tamen an hæc repositio sit per eum faciendæ ad solus partis oppressæ petitionem & instantiam; an etiam ad intimationem solam decreti violentiæ, quo Senatus declarauit, executeorem (scilicet mortuum vel absentem) vim fecisse, quod licet successorem in iurisdictionem adimplere, omnino tenei diximus sup. à num. 3. & sequentibus; in hoc nihilominus

consistit difficultas, & cessare præfatam doctrinam videtur, quoniam ordinarij iste dici non videtur successor illius executeoris, cum ¶ non ex iurisdictione litterarum, sed ex sua propria procedat in causis sibi à Senatu remissis in prima instantia, & sic suo iure proprio, non iure alterius, quod non adquisiuit ex iurisdictione nulliter delegata, quia de non ente ad ens non potest fieri transitus, & ex alijs fundamentis abundè diximus infra 2. part. cap. fin. à n. 5. & à num. 19. cum sequentibus. Ergo videtur ¶ non tenei adimplere decretum violentiæ executeori mortuo, vel absentis directum, quo ille adstringebatur.

Nam quando successor in re alio iure succedit, quàm eo quo antecessor, non teneatur ad id, ad quod antecessor tenebatur. Fufius diximus sup. cap. 12. & sequentibus.

Similis vrget ¶ doctrina Socini cons. 32. volum. Olasc. decis. 82. num. 2. & decis. 156. sub n. 14. Franchis decis. 216. num. 4. Cagnol. in l. 2. n. 220. C. de pactis inter emptor. & venditor. Petr. Barbosa in l. si filio famil. §. fin. num. 10. ff. solut. matrimonio, Gratian. disceptat. forensib. cap. 37. num. 6. Thepat. lib. 2. variarum, tit. locat. successor. stare teneat. Tuschus liter. 1. conclus. 418. num. 31. & 60. Mantica de tacit. & ambiguis conuention. lib. 5. tit. 12. num. 9. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 11. & 12. Surd. decis. 40. num. 10. dicentium successorem per translationem iuris vnus in alium tenei stare conductori, & conductioni factæ per antecessorem, sicut antecessor tenebatur, secus si succederet per priuationem, & extinctionem iuris, quod locatori competeat, Abbas cons. 108. lib. 1. Vbi de eo loquitur, ¶ qui fuit declaratus iniustus detentor post Imol. in dict. l. filio famil. §. fin. ff. solut. matrim. Surd. dict. decis. 40. num. 10. & à num. 7. Giurba decis. 58. num. 4. Gratian. dict. cap. 37. num. 6. Ergo cum hæc remissio fiat à Senatu Ordinarij, ob id quod ad eundem cognitio, & iurisdictione causæ pertinet priuatiuè, & exclusiue ad delegatum, & executeorem, qui nullam habuit ex defectu subscriptionis suæ commissionis, ex abundè deductis in dict. cap. fin. à num. 5. cum sequentibus, & à num. 19. & in cap. 26. per totam, sequitur, vt eius successor non dicatur, nec ad id teneatur, ad quod executor tenebatur.

Contrarium tamen imò Ordinarij, cui fit à Senatu litterarum retentiarum remissio ad effectum & finem reponendi urgente hæc necessitate, ¶ tenei reponere non solum ad retentionem, & instantiam partis oppressæ, verum & solum in complementum Regij Decreti violentiæ, quantumuis cum executeore mortuo, vel absente loquatur dumtaxat: verum existimo, quoniam iste Ordinarij, quamuis non sit successor in idem ius, & iurisdictione executeoris præmortui ex proximè in contrarium dictis, ¶ est tamen successor in eadem causa, & cognitione, pro ut adhuc etià est successor in re ille, qui non per translationem, sed per extinctionem iuris antecessoris successit, qui quidem non idèo non teneatur stare conductioni factæ per antecessorem priuatum, quia non sit successor, cum successorem nouum in re omnes Doctores citati cum vocet, sed idèo, quod per priuationem detentoris locatoris extinctam fuit ius conductoris, & finita conductio. Quia ¶ resolutio iure locatoris, soluitur ius con-

ducentis, l. lex vestigialis, ff. de pignori-
 bus, quam rationem reddunt in specie Abb. in dicto
 consil. 108. in principio, post Imolam in l. filio
 familias, §. si vir in quinquennium, column. 2. ff.
 soluto matrimonio, Petrus Sardus dict. decis. 40.
 num. 10. Giurba dict. decis. 58. num. 4. Gratian,
 dict. cap. 37. num. 6. & sic ex defectu & extinc-
 tione iuris conductoris hoc provenit, non ex
 eo quod non sit successor.

At in nostro casu semper oppresso durat actio,
 & ius dicendi de nullitate, & de attentatorum
 88 repositione coram Ordinario Iudice causæ
 competente & legitimo, qui quidem non tan-
 tum ut successores in ipsa re, & causæ eiusdem
 cognitione: verum etiam ex debito officij, &
 obligatione propria tenetur iustitiam ministra-
 re, & ex propria persona ratione muneris no-
 uiter obligatus est iniuste & contra iustitiam
 gesta reponere, ut abundè videre est infra 2.
 part. cap. 5. §. 4. per totum. Quare Decretum Re-
 gium violentæ, etiam directum executori mor-
 tuo, vel absentis, tenetur Ordinarius adimplere
 ex supradictis in hoc cap. & in tractatu de Regia
 prædicatione 1. part. capitul. 3. per totum. Eo ad-
 89 dito, quod liberè poterit Senatus in eodem
 decreto violentiæ, quo remittit Ordinario cau-
 sam ad reponendum, ei simul specificè iniunge-
 re, & exprimere repositionem, & in eum di-
 rigere decretum ad hunc effectum, sicuti in
 priori remedio diximus versic. Sed maior est
 difficultas, num. 52. cum sequentibus, ad maiorem
 claritatem, & dubitationis tollendæ gratiâ.

90 Tertium remedium provenit quod tam ex rece-
 ptissima Doctorum sententiâ, de qua supra hoc
 capitul. 10. à num. 64. cum multis sequentibus, re-
 nente, posse Principem ad manus suas reducere,
 & sequestrare fructus beneficiorum, & alia bona,
 ubi datur timor scandali, propter semper cau-
 satur ex executione litterarum, quæ in Senatu
 retinentur, & ex ea causa fit retentio, ut supra
 capitul. 3. §. 5. & sequentibus huius 1. part.
 Quam etiam ex speciali dispositione legum Re-
 gni, quæ in multis casibus determinant, seque-
 strandos esse fructus beneficiorum impetrantis
 litteras à Sede Apostolica contra privilegia, &
 consuetudines laudabiles horum Regnorum,
 quod remedium licet in se perfectum non sit,
 91 nec quod ex integro per illud satisfiat fini huius sa-
 lubris recursum, nec consulatur in totum vim
 patientibus, cum non intendat, nec operetur
 repositionem executionis litterarum iam per-
 actæ; tamen in aliquo coadiuvat, necnon de-
 trahit fraudulentiæ & callidæ festinationi im-
 petrantis, qui occultè & furtivè, atque violentè
 executionem earum procuravit, propter anno-
 tauimus dicto num. 64. & num. 81. & 83.

92 Atque idèd hoc sequenti quod remedium appa-
 ret ex l. 18. tit. 3. lib. 1. Recopilat. quæ loquitur
 de alienigena, & extraneo horum Regnorum
 impetrante beneficia naturalibus & indigenis
 dumtaxat destinata ex Bullis Pontificis. De quo
 superius hoc capitul. 10. à num. 22. & à num. 69.
 & à num. 111. cum sequentibus, & cum eadem
 met pœnæ sint etiam destinatæ impetrantibus
 litteras in derogationem Iurispatronatus laico-
 rum, Magistralium, & Doctoralium & simi-
 lium, idem remedium sequenti litteris execu-
 tis præbetur, ut infra num. sequenti, & num. 105.
 vsque ad finem.

Et probatur ex l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. ex

qua ipso facto impetrantes litteras Apostolicas, 93
 in derogationem Iurispatronatus Regij & lai-
 corum, atque filiorum patrimonialium, nec-
 non Magistralium & Doctoralium, sunt ipso
 facto privati naturalitate horum Regnorum, &
 effecti absque alia declaratione & sententiâ
 alienigenæ, & extranei ab illis, & vt tales sunt
 privati etiam omnibus temporalitatibus præ-
 dictas litteras executioni tradiderint, pro ut la-
 tius inferius num. 302. Sicque dispositum circa
 verè alienigenas, dispositum tenetur in impe-
 trantibus in iis casibus à lege Regia expressis
 & prohibitis, qui pariter sunt ipso facto effecti
 alienigenæ, & pœnis (talibus deputatis) sunt
 subiecti ex eadem l. Regia.

Idem etiam disponit, l. 21. tit. 3. lib. 1. Reco-
 94 pilation. quæ loquitur quod de impetrante benefi-
 cia patrimonialia à Sede Apostolica, qui si litem
 exequi fecerit absque examine & permis-
 su huius supremi Regij Senatus, ipso facto
 amittit naturalitatem horum Regnorum, inde-
 que cum factus sit incapax beneficiorum; se-
 questrandos esse fructus omnium à se obtento-
 rum, disponit, de quo latius supra hoc eod-
 dem cap. 10. à num. 22. & à num. 69. cum sequen-
 tibus, & à num. 117.

Quod ex identitate, imò & maiori-
 95 tate rationis, idem dispositum quod censetur ex hac le-
 ge 21. in impetrante beneficia Iurispatronatus
 laicorum, pro ut adnotauimus in dict. num. 69.
 Quoniam inter beneficia patrimonialia, & 96
 Iurispatronatus laicorum maxima reperitur si-
 militudo, & fratemitas ex Conuentionibus præ-
 carum quasi. cap. 36. num. 4. versicul. Similiter si
 beneficia patrimonialia, iunctis antecedenti-
 bus, & magis specificè Ojeda de benefic. incom-
 parabil. 1. part. cap. 24. num. 91. in fin. Gonzalez
 in regul. 8. de altern. glof. 9. §. 1. num. 31. qui
 inde infert ad plerumque casuum paritatem, &
 similitudinem inter beneficia patrimonialia, &
 beneficia Iurispatronatus laicorum. Legendus
 insuper à num. 23. cum seqq. & ex Simanca hanc
 similitudinem probauimus sup. cap. 7. sub
 num. 62.

Qui quidem Gonzalez (dum ad longum, &
 eruditè disputans questionem illam, quod an à Re-
 97 gula 8. reuerentia intelligantur præseruata be-
 neficia patrimonialia, sicuti præseruata & intacta
 intelliguntur beneficia Iurispatronatus laicorum
 ab omni nexu reuerentis, & partem affirmati-
 uam validissimis fundamentis comprobauerit
 à dict. num. 23. nempe præseruata esse, quibus
 quidem ex integro non satisfacit, postmodum
 contrariam opinionem sectans, quam insuper à
 num. 71. limitat in beneficiis patrimonialibus
 Diocesis Calaguritane quod ex indulti Apostolice
 98 verbis, & clausularum amplitudine, quam qui-
 dem alius suo loco examinauimus in 2. tom. hu-
 ius tractatus propediem edendum Deo dante)
 licet dum ipse Gonzalez, num. 67. conetur re-
 spondere ad similitudinem, & fratemitatem in-
 ter beneficia patrimonialia, & beneficia Iurispatronatus laicorum
 99 in contrarium oppositam, adhuc tamen illam non est ausus negare;
 sed tantam similitudinem non dari dixit, ut
 possint excludi à reuerentia illius Regule be-
 neficia patrimonialia, sicut laicalia ob exuber-
 rantes, & amplissimas illius Regule clausulas.
 Sed adhuc (cæteris omissis quantum ad alios
 effectus) tamen quantum quod ad Nos attinet, &
 100 ad

ad præsentem comprehensionem, dict. l. Regia
 21. omnimoda similitudine inter hos casus non
 indigemus, cum sufficiat, quod in eo de quo
 agimus, & versatur, conueniant, & similes
 reperiantur. Burnor. à Sole in locis communibus,
 verbo, Argumentum quartum, cui subscribit Thom-
 as de Thom. in florib. legal. regul. 43. & Gab-
 riel. Aluar. axiom. lit. A. n. 133. ante finem.

In casu igitur, in quo versatur, omnimo-
 da datur similitudo, inter hæc beneficia patri-
 101 monialia, & Iurispatronatus quod laicorum, nam
 in Regnis Hispaniæ nulla admittitur derogatio,
 nec reuerentia beneficiorum patrimonialium,
 sicut & patronatus laicorum, Gambarus in tra-
 ctatu de officio, & potest. legat. lib. 3. num. 260.
 Conar. practiar. cap. 36. num. 4. versicul. Simili-
 102 ter. Nec admittuntur permutationes, & resig-
 nationes, nec pensiones, sicuti nec in benefi-
 ciis patronatus laici, l. 22. tit. 3. lib. 1. Recopil.
 Auend. in cap. 1. prator. num. 32. versic. Similiter
 beneficia patrimonialia, Salzed. ad praxim Bernar-
 di Diaz cap. 54. num. 11. Conar. dict. cap. 36.
 num. 9. versic. Ex eadem ratione, & num. 10.
 Gonzalez dict. glossa 9. §. 1. à num. 28. cum se-
 quentibus.

Deinde quia sicut impetrantes litteras Apo-
 103 stolicas in præiudicium filiorum patrimonialium,
 & executorum earum sunt privati ipso facto
 naturalitate horum Regnorum, ita vt extra-
 nei ab eis habentur, privati que sint similiter
 ipso facto, & absque alia declaratione tempo-
 raritatis; pariformiter hoc idem dispositum
 est similiter in impetrantibus litteras Aposto-
 licas in præiudicium Iurispatronatus Regij, &
 laicorum, vt de vtroque casu expressè deter-
 minatur in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. pro ut
 superius diximus, & mox dicemus num. 106. &
 104 sequentibus. Ac pariter quod ob id in vtroque casu
 retinentur in Senatu litteræ, vt probant dictæ
 leges Regiæ, & Doctores citati ex identitate
 rationis, vt expressè ex aliis adnotauimus supra
 cap. 7. num. 62.

Igitur sicut quoad substantialia idem æqua-
 105 liter dispositum reperitur quod in beneficiis patro-
 natus laici, quod in beneficiis patrimonialibus,
 & è contra quoad effectum huius recursum &
 retentionem, in qua versatur; similiter quoad
 executionem eandem paritatem debent habere,
 ita vt dispositum dictæ l. Regia 21. circa seque-
 strationem fructuum beneficiorum patrimonialium,
 quæ impetrantur; pariter operari debet
 in beneficiis Iurispatronatus laicorum, non
 solum ex paritate rationis, verum ex maiori-
 tate concurrentis in iis, quam in patrimonialibus,
 quoad exclusionem reuerentionis, vt fatetur
 Gonzalez vbi proxime, num. 67. & 68. & à
 maiori- tate rationis, valet argumentum, Petrus
 Sardus consil. 381. num. 14. etiam in correctoriis
 Anton. Monachus decis. 64. num. 35. Cæsar.
 Argelius de legitimo contra dict. quasi. 2. num. 204.

Et in terminis quod pœna priuationis natu-
 106 rali- tate, & aliæ impositæ alienigenæ impe-
 tranti, & fauorem ad litterarum executionem
 præstantibus; vtputa priuatio temporalitatum,
 vt fructuum beneficiorum qui sequestrati iu-
 bentur, quando litteræ, quæ retineri mandan-
 tur ob has causas, executioni sint iam traditæ,
 de quibus in l. 26. tit. 3. lib. 1. noui ordin. Pa-
 riter sint impositæ impetrantibus litteras Apo-
 stol. in derogationem iuris Regij Patronatus, ac

cæterorum laicorum, & similibus, eadem lege
 probatur, & in l. 5. tit. 6. lib. 1. noui Regij ordina-
 menti, & ex eisdem legibus specialiter hanc illa-
 tionem adnotauit in terminis Salzedus in practi-
 crim. Canon. cap. 54. à n. 17. & signanter num. 25.
 Quæ est l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. quæ pari-
 formiter determinat circa executas litteras im-
 petatas in præiudicium patronatus Regij, &
 laicorum, & filiorum patrimonialium, necnon
 Magistralium & Doctoralium, aut iuris extran-
 getij, & æqualiter in omnibus eandem pœnam
 priuationis naturalitate, & temporalibus bonis
 omnibus, ipso facto, absque alia sententiâ de-
 claratoria, ibi: *Assi en que no se deroga la pre-
 heminencia de nuestro patronato Real, ni el de-
 cho de patronazgo de legos, ni lo concedido y ad-
 quirido, para que ningun extranjero pueda tener
 beneficios y pensiones, en ellos, ni los naturales del-
 los, por derecho auido de los tales estrangeros, ni
 en lo que toca à las Canongias Magistrales, y
 Doctores, &c. Que quando alguna prouision,
 de letras viniere de Roma en derogacion de los ca-
 sos susodichos, o de qualquiera dellos, o entredicho,
 o cessacion à Dininis, en execucion de las tales le-
 tras, que sobreesen en el cumplimiento dellas, y
 no las executen, ni permitan, ni den lugar que
 sean cumplidas, ni executadas, &c. Sopena de
 la nuestra merced, y de caer è incurrir los que fue-
 ren Perlados y personas Ecclesiasticas por el mismo
 hecho (sin que sea necessaria otra declaracion algu-
 na) en perdimiento de todas las temporalidades,
 y naturales, a que en estos nuestros Reinos huaie-
 ren: y las hazemos agenos y estrangeros dellos, para
 que no puedan gozar de beneficios, ni digni-
 dades en ellos: ni de otra cosa de que los que
 son naturales pueden y deben gozar, segun las
 leyes y practicas, de nuestros Reinos: y los
 mandaremos eobar dellos, &c. Quæ postmo-
 dum executionem harum pœnarum commit-
 tit Concilio Regio, & Chancelleris. Igitur
 fructus quod beneficii non tantum impetra-
 ri, sed aliorum obtentorum in hoc Regno sunt
 107 sequestrandi; cum bona temporalia sint, vt in
 terminis ex aliis plurimis Doctoribus dixi-
 mus in tractatu de Regia protectione 1. part. cap. 2.
 num. 305.*

Ex maximè, instante & urgente necessitate
 causata à morte, aut absentia executoris, ex 108
 qua deficit index, qui possit reponere execu-
 tionem, & possessionem nulliter, & violentè à se
 traditam impetranti contra privilegia, & leges
 Regias, & omni oppressus destitutus remaneat
 remediis, & Republica ob harum litterarum
 executionem damnus & scandalum patitur,
 atque sola repositio per eundem executores faci-
 enda tanti sit damni & periculi medela, &
 vnicum remedium à nobis scriptum superius
 cap. 10. à num. 89. & sequentibus. Quo consistit
 Decreti Regij retentionis litterarum executio,
 effectus, & complementum, ac propterea dum
 ipsum deficit, iuste procedit, & verificatur il-
 la plurimorum Doctorum opinio assensuum,
 posse Principem ob publicam utilitatem, & vi-
 tandum scandalum, ad manus suas reducere,
 & sequestrare fructus beneficij, quorum memi-
 nimus superius hoc capitul. 10. à num. 64. & se-
 quentibus, & à num. 200. & sequentibus.

Nec etenim apertè alio in casu possunt
 verificari, & apartari verba institutionis Re-
 giæ Chancelleriæ, & arbitrium ei concessum
 imponen

ad imponendum sequestum in iis causis, & expediendas quaslibet alias prouisiones Regias necessarias qualitati negotij quam in casu presentis, vt ex eadem instructione apparet in §. penultimo: ibi: Despues de vistos los procesos, constando por ellos, que lo que se ha tratado (scilicet litteræ Apostolicæ, de quibus semper loquitur ad retentionem) es contra las leyes, y Bullas concedidas, y costumbre antigua, y contra los patronazgos è indultos, è de secatenta la calidad de los negocios, è inobediencia, las cartas necesarias, assi para que no vñen de las Bullas, como para sequestrar los bienes, y temporalidades de los que fueren inobedientes. Y para que parezcan en la dicha Real Audiencia, y salgan del Reino, y acudan con los frutos, à aquellos à cuyo fauor se sentenciare: y se den todas las demas prouisiones, que les pareciere que se deben dar, segun la calidad de la causa, para que se conferue, y guarde de lo que en estos casos por Bullas y leyes del Reino està prouido; quam latius adduximus hoc in tractatu infra 2. p. cap. 24. n. 58. que verba, & arbitrium nullibi vnquam accommodari possunt, nec aptius congruere quam huic casui & sequestro, quod qualitas & natura negotij omnino appetit, & necessitas vrgens pro illo instat iuxta tenorem, & dispositionem, dict. instructionis Regie.

109 Etenim necessitas vrgens legi non subicitur, l. tutor qui reportorium, ff. de admin. tutor. l. vt gradatim, §. 1. de muner. & honor. l. non solum, §. fin. de excusat. tutor. l. aliquando, ff. de officio Procon. l. si quis filio, ff. de iniusto testam. l. 1. C. de ope. lib. l. pro tyronibus, C. de privileg. domus August. cap. quanto in fin. de consuet. cap. exiit, col. 4. in fin. de verborum signific. lib. 6. elegantissime Scobar (multis authoritatibus Sacræ Scripturæ comprobans) de ratiociniis, cap. 14. à num. 10. Et necessitas facit licitum, quod aliis de iure non est licitum, cap. quod non est licitum in lege necessitas facit licitum, de regulis iur. lib. 6. Tiraquell. de penis temp. causa 33. num. 3. Zeballos communem contra commun. quest. fin. num. 6. rom. 4. Cardofo in praxi iudicium, & aduocator. verbo, Necessitas, num. 2. Anton. Oliuan. de iure fisci, cap. 4. num. 36. Scobar. de ratiociniis, cap. 14. num. 13. Moneta de distribut. quotid. part. 2. quest. 11. num. 38. Bellef. disquisit. Cleric. §. 10. num. 13. Gratianus discipulat. forens. tom. 4. cap. 626. num. 13. & cap. 626. num. 10. Ioan. Maria Nouar. quest. forens. lib. 1. quest. 28. num. 10. & quest. 35. num. 3. cum infinitis aliis, provt in hac materia pro iustitia huius recutus abundè considerauimus supra cap. 1. §. unico per totum.

111 Et obviandum scandalum ꝛ recedi à iuris Regulis, & multa permitti, quæ aliis non permitterentur, diximus abundè supra cap. 4. & fere per totum cap. 1. & sequentia.

CAPVT XI.

Concurrentibus in Senatu Bullarum retentionis remedio, & violentiæ quærela ob non delatam appellacionem ab executeore emissam in earum executione procedente, siue ab vna dumtaxat parte, siue ab vtraque intentatis; an violentiæ cognitio suspendenda sit, donec retentionis articulus terminetur.

Et an vtrumque remedium simul concurrere & cumulari possit, vel an etiam eodem decreto terminari.

S V M M A R I V M.

Retentionis litterarum Apostolicarum remedium, & quærela violentiæ ob non delatam appellacionem ab executeore earum emissam variis modis simul concurrere solent in Senatu; num. 1.

Et de exemplis ibidem, & num. 2.

Retentionis, & violentiæ ob negatam delacionem appellanti remedia an in finibus, & effectibus sint contraria, num. 3.

Remedia ad inuicem se comminantiæ cumulari nequeunt, num. 4.

Contraria simul stare nequeunt, num. 5.

Ad propositionem vnius ex contrariis sequitur remotio alterius, & eius impedit ingressum, num. 6.

Contraria duo in eodem subiecto concurrere nequeunt, num. 7.

Contraria allegans non auditur, num. 8.

Retentionis remedio & quærela violentiæ ob non delatam appellacionem potest vna pars conditionaliter simul vti ante peractam executionem litterarum, num. 9.

Appellatio, & nullitatis oppositio, est contraria, conditionaliter tamen simul valent proponi, num. 10.

Actus quilibet potest dici nullus, & conditionaliter simul peti eiusdem resciso, num. 11.

Ex remediis conditionaliter, & distinctiue intentatis nulla insurgit perplexitas, num. 12.

Retentionis remedium, & violentiæ quærela conditionaliter deductæ simul queunt examinari in Senatu, num. 13.

Retentionis remedium alius requirit examen quærela violentiæ, cum hac ex actorum inspectione terminetur, num. 14.

Si ex vtriusque remedij simul intentati actio appareat iustam esse causam retinendi litteras, & vim fecisse executeorem non deferentem appellacioni, super retentione dumtaxat profertur decretum, & de ratione, num. 15.

Si ex actis vtriusque remedij iniusta detegitur retentionis petitio, iniusta autem appellatio, super eius delatione dumtaxat decernit Senatus vim facere executeorem non deferentem, num. 16.

Si ex vtriusque remedij actu appareat abesse causam legitimam retentionis, & quærelam violentiæ perperam propositam super vtroque decernit Senatus negatiue, num. 17.

Vtrumque

Vtrumque remedium, & retentionis & quærela violentiæ simul cumulari potest, etiam non conditionaliter, si iam facta fuerit litterarum executio, & de ratione, num. 18.

Remedia contraria simul cumulantur ad diuersos respectus, num. 19. & sequentibus.

Maioratus successor, in quem iuris ministerio est translata possessio Civilis & naturalis, omnia remedia possessoria ad adipiscende recuperande, & retinendi intentare potest ad diuersos effectus, num. 20. & 21.

Res eadem potest diuerso iure censeri diuersis respectibus aut temporibus consideratis, num. 22.

Remedium retentionis, & quærela violentiæ peractam iam executione intentatum tendit ad eundem finem, num. 23.

Remedia contraria ad idem cooperandum tendentia simul cumulantur, num. 24.

Ad defensionem cuiuslibet permittitur contraria allegare, num. 25.

Si ex actis vtriusque remedij, facta iam executione litterarum, appareat vtrumque legitime intentatum, super vtroque decernit Senatus affirmatiue litteras retinendas, & executeorem deferre, & reponere attentata, num. 25.

Si ex actis reperiat Senatus iniustam causam retentionis, & vim non fieri in deneganda appellacione consultus erit decernere tantum super retentione, omnia declaratiue super violentiæ, & de efficaci ratione, num. 27.

Intentatis remedio retentionis & remedio quærela violentiæ ab vtraque parte, quale suspendendum, num. 28. & sequentibus.

Violentiæ articulo supersedendum erit in Senatu donec casus retentionis examinetur, & de ratione, num. 29.

Quomodo cumque concipiatur decretum violentiæ, siue affirmatiue, siue negatiue semper est inconueniens executioni decreti retentionis, quando ab vtraque parte vtrumque intentatur remedium, num. 30. & 31.

Per decretum retentionis affirmatiuum totaliter tollitur decretum negatiuum scilicet vim non facere executeorem, num. 32.

Et de ratione fundamentali, ibid.

De articulo prauidiciali prius cognoscendum erit alio suspensio, num. 33.

Prauidicialia ea sunt, quando vnum tollit aliud, num. 34.

Remedia retentionis, & quærela violentiæ, quomodolibet intententur, siue ab vna parte, siue simul, siue successiue, semper in articulo violentiæ supersedendum, quousque retentionis causa examinetur, num. 35.

Si per inspectionem actorum vtriusque remedij ab vtraque parte intentati reperiat retentionis locum fore, super ea decernit Senatus, nihil tamen super articulo violentiæ, & de ratione, num. 36.

Si ab vtraque parte intentatis remediis retentionis, & violentiæ retentio iniusta non reperitur, denegatur, & si iniusta reperitur violentiæ quærela vim facere executeorem in non deferendo declarat Senatus, num. 37.

Super simultaneis remediis violentiæ, & retentionis non est necessarium simultaneum decretum, sed singula pro singulis remediis separatim decernat Senatus, num. 38.

Declaratur Pater Henriquez in hoc simultaneo remedio terminos praxis, & iuris confundens, num. 39. & 40.



T clariora quæ in hoc capite dicenda sunt reddantur, iudicabo ꝛ varia eiusdem exempla præmittere. Accedit multoties in Senatu duo hæc remedia diuersimodè concurrere, nam eadem pars simul & eodem libello eidem vicitur: quando nempe executeor litterarum Apostolicarum procedit in earum executione, vel etiam hac iam peracta, & perfecta, & tunc legitimus contradictor ꝛ iuxta casum varietatem, de quibus supra cap. precedentis, in remedio à num. 89.) comparat, vel opponendo legitimam exceptionem ad impediendam executionem faciendam; vel ad reponendam iam factam & à non admissione vel alio quolibet legitimo graamine appellat, & recurrit ad Senatum per viam violentiæ, vt suæ appellacioni deferat, & attentata reponat executeor, & tunc simul, vel etiam ex post facto, proponit & cumulat articulum & quærelam retentionis earundem Bullarum ex aliqua iusta & legitima causa ex scriptis supra cap. 3. cum quatuor sequentibus, hac 1. part.

Succedit etiam, quod dum executeor ipse in executione procedit: vna pars grauetur, & ab eo appellacionem emittat, & pro delatione recurat ad Senatum, in quo altera pars comparat, & introducit articulum hunc, & remedium retentionis circa quorum casum diuersitatem pluries dubitari vidimus, an simul hæc duo remedia & articuli cumulantur, & vter eorum in cognitione præferatur.

Et in primis quod simul nequeant ab eadem parte intentari, ꝛ cumulari vrget, quia hæc duo remedia in suis finibus contraria sunt: nam remedium violentiæ ob denegatam appellacionem supponit per necesse cause prosecutionem, & quod executeor aut superior exequatur litteras, aut iuxta ordinarias iuris regulas determinet. At retentionis remedium in totum est oppositum, nam ideo inuentum fuit per modum extraordinarium, ne litteræ exequantur, sed potius quod in executione supersederetur, quousque causa legitima, & à iure approbata existens Romanus Pontifex consulatur, & de inconuenientiis Reipublicæ obnoxius informatus de remedio paternali prouideat, iuxta quæ latius diximus cap. 2. & sequentibus supra hac 1. part.

Ergo sequitur manifestè, quod cum duorum remediorum horum fines adiuuicem committentur, ꝛ cumulari nequeant, iuxta vulgatissimam Batt. doctrinam in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione, vbi late profecquitur istas comminationes simul non intendandas; Menochius de adipiscend. remedio 4. n. 179. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 13. num. 2. & alibi passim.

Quia contraria ꝛ simul esse non possunt, l. Mutius, ff. pro socio, l. 1. C. de furtis, Menochius de retinenda, remedio 3. num. 518. Antonius Monachus Lucensis, decis. 55. num. 6. Quoniam ad propositionem vnius, sequitur ꝛ remotio alterius, & se ad inuicem excludunt, l. si inter, ff. de exception. rei iudicata, Surtus decisio 24. num. 10. & decis. 92. num. 11. conf. 211. num. 16.

Quia vnius existentia impedit ingressum alterius, l. Pomponius, §. sed si is, ff. de promissoribus, dict. l. si inter me, l. hac verba, ibi: